

575 apud quem expromere omniā mea ōcculta, Clitipho,
audeam.

apud alium prohibet dignitas; apud alium ipsi(u)s facti 15
pudet,

nē ineptu', ne protervo' videar: quod illum facere credito.
sed nostrum est intellegere utquomque atque ubiquom-
que opu' sit obsequi.

SY. quid istic narrat! *CL.* perii. *SY.* Clitipho, haec ego
praecipio tibi?

580 homini' frugi et temperanti' functu's officium? *CL.* tacē
sodes.

SY. recte sane. *CL.* Syre, pudet me. *SY.* credo: neque 20
id iniuria; quin

mihī molestumst. *CL.* perdis hercle. *SY.* verum dico
quod videtur.

CL. nonne accedam ad illos? *CH.* eho quaesō, una acce-
dendi viast?

SY. actumst: hic priu' se indicarit quā ego argentum
effecero.

585 Chreme, vin tu homini stulto mi auscultare? *CH.* quid
faciam? *SY.* iube hunc

abire hinc aliquo. *CL.* quō ego hinc abeam? *SY.* quo 25
lubet: dā illis locum:

abī deambulatum. *CL.* deambulatum? quo? *SY.* vah
quasi desit locus.

abī sane istac, istorsum, quovis. *CH.* recte dicit, censeo.

CL. di te eradicent, Syre, qui me hinc †extrudist!